

P T O L E M . G E O G R A P H .

Sed minime iustum attigit scopum. Nam distantias posuit improportionatas, constituens scilicet pro omnibus parallelis & meridianis, qui in sphera circuli sunt, rectas lineas, & faciens meridianis parallelos penè aequales. Parallelum tamen per Rhodum solum meridiano commensuratum seruit, qui proportionem sesquiquartam tenet ad eum. Aliorum autem parallelorum nullus eius curae fuit. Siquidem paralleli in tabula per rectas descripti lineas, eorum parallelorum qui in sphera scribuntur similitudinem non exprimunt. Nam affectu constituto inter polum mundi borealem & aequinoctialem omnes paralleli apparent curvae quedam lineae, quarum conuenitates ob poli extollentiam in meridiem uergunt. Errauit deinde Marinus in designatione spaciiorum que consurgunt ex cancellatione meridianorum & parallelorum, que maiora quam debuit fecit ultra Rhodum parallelum uersus septentrionem, & minora uersus aequatorem.

QVAENAM OBSERVANDA  
sunt in designatione signanda in plano.

Cap. XXI.

**O**Vapropter bene ob haec erit, ut lineae quae pro meridianis ponentur rectae seruentur: que uero parallelis, ut in circulorum segmentis per unum & idem centrum scribantur: à quo per suppositum borealem polum meridionales rectas lineas ducere oportebit, quo præ omnibus similitudo secundum habitudinem ipsam, & forma sphærica seruetur superficie: ita tamè, ut meridiani absq; declinatio ne ad parallelos remaneat, ac etiam in communem illum polum coincidant. Ceterum, quum possibile haud sit, ut per omnes parallelos proportio serueretur ad sphera, satis erit ut hoc in eo, qui per Thylem est, ac in aequinoctiali obseruetur, quo latera, quæ latitudinem secundum nos complectuntur, ueris fiant commensurabilia. Qui uero per Rhodum scribitur, super quo in distantib; longitudinis plurimæ factæ sunt indagations, per divisionem proportionis ad meridianum, ueluti Marinus fecit, designari debet: hoc est, iuxta sesquiquartam ferè, similium circumferentiarum ratio,

nem, quo magis nota orbis longitudine recte cum latitudinis mensura conueniat. Huius uero instructionis modum deinceps manifestū reddemus, quum exponemus, quo pacto in sphera descriptionis fieri debeat.

In caput uigesimum primum annot.

Commemorat in hoc capite author modū quem secundū quem in plano orbis fiat descriptio, nempe si pro meridianis rectæ trahantur lineæ, pro parallelis uero, circulorum describantur segmenta super uno eodemq; centro. Huius tamen plane descriptionis pleniorum instructionem pollicetur infra se traditurum, capite scilicet ultimo.

QUALITER OPOREAT  
orbem in sphera describere.

Cap. XXII.

**M**agnitudinē igitur sphæra, aut multitudine locorum designandorum, inuenitio pre parantis discernet, quo firmitudinem habeat simul & decorem: quanto enim haec plus augetur, tanto etiā descriptio, sincerior pariter & manifestior fieri poterit. Quantacunq; igitur fuerit, poli ipsius sumantur, accurateq; eis semicirculum adaptamus, qui parum & nisi tatum à superficie distet, ut illam in revolutione non atterat. Semicirculus uero tenuis sit, ne multa obum brevem loca. Alterum uero latus examus per ipsa signa, quæ per polos transiit, habeat extensem, ut per illud meridianos scribamus: quod & in ceterum octuaginta diuidemus particulas, numerosq; assignabimus, et à media, que per aequinoctialē futura erit sectione, initii facientes. Similiter & aequinoctialē describentes, alterum illius semicirculum in aequas centū & octuaginta diuidemus partes: huiusq; numeri principium ab illius fine inchoabimus, per quem & occidentalissimum describemus meridianum. Descriptionem autē longitudinis & latitudinis, ex commentarijs, in quibus annotatae sunt partes, secundum unumquemque locum signatum faciemus, necnon à divisionibus semicircularum aequinoctialis, & mobilis